IOSEPHUS FLAVIUS

Admont (?), um 1138/1165 Seite 41v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25967
Copyright: Admont, Benediktinerstift



moyses ut aaron & eius filius daret sacer-
dotium. Si enim ex tribu leui honorem ali-
cui prebendum esse decreuit. ego iustior
sum accipere genere quidem ipso consistens quo
moyses. diuitiis autem & forma potentior.
Si vero maior tribus queritur. dignum est ut ru-
ben tribus potius honoretur. & hunc accipi-
ant dathan. & abiron. & falas. Isti enim
seniores erant in illa tribu. Jpotentes
facultate pecuniarum. Hec itaque chore
dicens. uolebat quidem communi utilitati pro-
dere. opere vero agebat ut hunc honorem in se
populi suffragatione transferret. & ille
hec quidem maliuole plebi eum docere di-
cebat eloquio. Procedente vero a sermone pau-
latim ad multos. Jcrescentibus auditoribus.
contra derogationem aaron omnis exercitus
est agitatus. Erant enim concordantes cum cho-
re. cc. & l. priores uiri. studentes quatenus
fratrem moysi sacerdotii iure priuarent. &
per hoc eum exhonorarent. Tunc itaque populus ut
etiam moysen lapidare adgressus est. & in
ecclesiam inordinate Jturbulenter conuenie-
bant. Jante tabernaculum dei clamabant
omnes. Exeat tyrannus Jpopulus ab eius seruitio
liberetur. qui sub occasione dei uiolenta man-
data precepit. Dicebant enim. Quod si deus ipse
sacerdotem futurum eligere dignissimum
ad hunc honorem non prohibere. Jnneum multis
inferiori dare. ac si decreuisset hunc
aaron dari. coram populo facere. Jnnon in fratris
potestate hoc relinquere. Moyses autem cum de-
rogationem chore iam ex multo prescire. etiam
irritatum populum non expauit. sed confidens reb-
us fideli deuotione tractabat. & sciens
fratrem dei uoluntate sacerdotium Jnnon suo mu-
nere meruisse. ad concilium uenit. & multitu-
dini quidem nichil omnino locutus est. Ad chore
autem clamans. cum esset dexter etiam in aliis. &
ad loquendum nimis ingeniosus. Michi inquit

: ducenti Jqui
quaginta

o chore & tu & unusquisque horum. ostendebat autem
.cc. & l. uiros honore digni esse uidemini.
& totum exercitum huiusmodi honore non priuo.
licet non habeant quod uobis ex diuitiis Jcul mi-
ne alie dignitatis existunt. Igitur sacerdo-
tium aaron non eo quod diuitiis precellat cum tu
nos ambos pecuniarum magnitudine uide-
aris superare neque propter genus quando commu-
ne nobis hoc fecit deus eundem progenitorem dans
nobis. neque propter fraternum amorem. Quod iustius alter
habere potuisset. & hoc ego contuli fratri. Nam
si non cogitarem de dei legibus hunc honorem mihi
potius prebuisse quando plus mihi ego sum uicinus
quam alter. Jmihi magis quam alteri familiaris
existo. Nam neque sapiens consilium erat memet
periculis subdere. & alio ex tali causa feli-
citatis dona conferre. Sed amalicia sum re-
motus deus enim se contempni non despexit neque
uos ignorare uoluit. quod hoc facientes
ei prestatis. Jipse eligens sacerdotem futu-
rum sibi. aquerela uos huiusmodi liberabit. Non
enim aaron gratia mea hoc. sed iudicio diui-
no sortitus est. Vnde ponet deus hoc in medio
quasi addisceptandum. ut nunc qui dignus ad hoc
inuenitur accedat. Quod enim dedit deus non de-
relinquam. si uolentes accepisse iudi-
camur. cum sit impium honorem quem ille prebere
non adire. Jnimis irrationabile uniuerso
tempore securitatem promittente deo contemp-
nere. Sed nunc iterum probare uult eum qui pro uobis
ei debeat hostias immolare. & presul pi-
etatis existere. Jncongruum namque est o chore
ut quilibet appetens honorem deo hunc
prebendi cui uoluerit auferat potesta-
tem. Igitur a seditione & huiusmodi turba quiescite.
Mane vero omnes qui sacerdotium queritis
turibulum singuli portantes auris domibus
cum thymiamate Jigne uenite. Sed & tu
chore cede deo iudicium. & in his eius expec-
ta sententiam. Jntemet ipsum deo uelis